



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Concordata Nationis Germanicae Cvm S. Sede Apostolica
Inita**

[S.I.], [ca. 1580]

Declaratio Constitutionis Gregorii XIII. Svper Concordatis Germaniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61582](#)

rit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus le noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo, trigesimo quarto: Cal. Julii, Pontificatus Nostri Anno undecimo.

Blosius.

*Leibba & publicat a fuis in Canc. Apost.
die 13. Iulii M. D. XXXIIII.*

*Et ego Laërtiu vidi regist. in quinter.
eiusdem Cancel. fol. 330.*

Declaratio Constitutionis
**GREGORII XIII. SUPER
CONCORDATIS GERMANIAE.**

QVOD ORDINARIIS COLLA-
tores prætextu literarum Nicolai Papæ V. pro CONCORDIA Germania, conferre non possunt beneficia ecclesiastica post tres menses, ex quo vacarunt, si de illis intra hoc tempus à Sede Apostolica provisum est.

GREGORIVS Episcopus servus ser-
vorum Dei ad futuram rei
memoriam.

Nicol. V.
statuit Or-
dinarios
posse dispo-
nere de be-
neficiis va-
cantiibus in cord.
Nicolai Papæ V. Nationi Ger-
manis. Se-
rvari ni-
concedatur, ut quoties aliquo vacan-
si fuerit à te beneficio Ecclesiastico, in mensi-
dicta Sede bus Ianuarii, Martii, Maii, Iulii, Se-
provisum, ptembrū & Novembris, in quibus vacan-
ut supra in tium Germaniarum beneficiorum Eccle-
sius const.

QVÆ in Ecclesiam Dei incommo-
da inferunt Nostra Nos expedit
animadversione removere.

S. 1. Cùm itaque per literas fel. re-
cantibus in cord. Nicolai Papæ V. Nationi Ger-
manis pro illius unione, & concor-
di Apost. re-
dia cum Sede Apostolica inter alia
concedatur, ut quoties aliquo vacan-
si fuerit à te beneficio Ecclesiastico, in mensi-
dicta Sede bus Ianuarii, Martii, Maii, Iulii, Se-
provisum, ptembrū & Novembris, in quibus vacan-
ut supra in tium Germaniarum beneficiorum Eccle-
sius const.

fasticorum dispositio dictæ Sedi spe-
cialiter reservata est, non apparuerit
intratres menses à die notæ vacatio-
nis, in loco beneficij, quod alicui de
illo Apostolica auctoritate provisum
fuerit, ex tunc, & non anteā Ordina-
narius, vel alias, ad quem illius dis-
positio pertinet, de illo disponere possit,
& sæpenumero contingat, ut ante-
quam inquisitio, quam plerumque
etiam in concursu plurium, sive in
partibus, sive apud dictam Sedem fi-
eri oportet in vitam, mores, & do-
ctrinam eorum, quibus de dictis be-
neficiis per Sedem eandem provi-
dendum est, compleri possit, aut ante-
quam de ipsis provisionibus, seu de
mandatis, quæ ad inquisitiones, & pro-
visiones hujusmodi faciendas ab ea-
dem Sede impetrantur, vel Motu pro-
prio procedunt literæ Apostolicæ con-
fiantur, veletiam antequam manda-
ta ipsa à judicibus, ad quos directa
sunt, recipientur, vel recepta expedi-
antur, interdum quoque literis Apo-
stolicis expeditis, & gratia purificata,
seu mandatis prædictis receptis, & in-
quisitione completâ, antequam om-
nimoda executio perficiatur, propter
diversa impedimenta, quæ frequen-
ter succedunt, tempus trium mensi-
um, ex quo vacatio beneficij in loco
ipsius nota est, expiret, ac proinde
Ordinarii locorum, aut alii, ad quos
talium beneficiorum dispositio, cel-
lantibus Apostolicis reservationibus,
pertinet, lapsu tempore prædicto, li-
cet priusquam illud laberetur, provi-
sionis sive alterius dispositionis de il-
lis à dicta Sede jam gratia facta fuer-
it (quod ipsum ad tribuendum, &
quæ-

quærendam jus satis superque esse certa juris interpretatione frequenter declaratum est) illa tamen conferre contendant: Qua de causa multis Religione, & pietate insignibus, quando ii post ostendum virtutis, & doctri-
næ suæ specimen, atque inde immensos labores, & sumptus beneficiis potiri deberent, alii præoccupatores ob-
tentu ordinatiæ collationis hujusmo-
di contra adversantur.

Hic Pont. §. 2. Nos indignum rati, quod modo de temporis mora, quam ad perscrutan-clarat di-
etam const. dum accuratiū talium probitatem, industriam, & alia requisita interce-

Nicol. V. dere pro utilitate Ecclesiæ necessæ est, locum injuriis aperiat, attendentesque verba prædicta (in loco beneficii cum verbis notæ vacationis) quæ protinus antecedunt, conjungi & ad illa duntaxat referri, ac voluntatem concedentis, lensumque concessio-
nis, & literarum prædictarum sic es-
se, ut dispositio beneficii intra tres menses à die notæ vacationis à Sede prædicta fieri, de quæ gratia facta ali-
cubi apparere debeat, quemadmo-
dum re inter utriusque juris interpre-
tes jam pridem controuersa summa-
ratione judicatum appetit: vix enim est, ut itineribus non modo intestis, aut prohibitis, quod ferè semper aliquo contingit, sed etiam expeditis quis ex tam longinquis regionibus ad dictam Sedem profectus, & in ea ad expediendum negotium, vel pa-
llisper moratus, in easdem se recipere tanta temporis angustia possit. Quo-
circa æquitate & justitia suadentibus, præsentium auctoritate declaramus concessionem Nicolai Papæ, & lite-

ras prædictas locum omnino non habere, quod Ordinarii, aut alii colla-
tores prædicti, post lapsum trium mensium ex die notæ vacationis in loco beneficii disponere possint de ullis beneficiis prædictis, alias sub concesione, & literis prædictis comprehensis extra Romanam Curiam in mensibus prædictis quomodo vacantibus, vel vacaturis, de quibus intra dictum tempus trium mensium per Romanum Pontificem, ac dictam Sede qualiscunque gratia, vel dispositio, aut concessio facta fuerit. Ne tamen cuiquam licitum sit factam à Sede prædicta dispositionem hujusmodi in longum obtegere: illi quibus deinceps gratiæ hujusmodi concedentur, earum concessionum, fidem, & testimonium, intra tres men-
ses à die notæ vacationis in loco be-
neficii hujusmodi, vel dictis collato-
ribus significare, vel in ipso beneficii
loco publicare quoquomodo tene-
antur.

§. 3. Decernentes omnes, & quas- Decretum
cunque dispositiones de dictis bene- irritans.
ficiis ab eisdem collatoribus post si-
gnificationem, seu publicationem hu-
jusmodi pro tempore factas, nullas &
invalidas, nulliusque roboris, vel mo-
menti fore. Sicque in quibusvis cau-
sis pendentibus, & futuris judicari
debere. Necnon irritum, & inanè
quicquid secùs luper his ab eisdem
collatoribus, aut quibusunque aliis
scienter, vel ignorantiter contigerit at-
tentari.

§. 4. Quod si fortè quisquam col- Collatorum
latorum prædictorum fuerit præsen- inobedienti-
tum violator, cum à beneficiorum, tium pæna

& officiorum collatione tamdiu suspendimus, donec ipse veniam petens restitutionis gratiam à Sede prædicta meruerit obtinere.

Exempla- §. 5. Cæterum volumus, ut præsum fides, sentium transumptis, etiam impressis Notarii publici manu, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem proslus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibetur, quæ adhiberetur, ipsis præsentibus si essent exhibita, vel ostensæ.

**Sanc*tio*
penalis.** §. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ declarationis, decreti, suspensionis, & voluntatis infringere, velej ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentre prælumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis

nisi Dominica, millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, Kal. Novembris, Pontificatus nostri anno quinto,

M. Dat.

C. Glorierius,
A. de Alexiis.

Anno à Nativitate Domini M D L.
XXVI. Ind. quarta die vero xxxix.
mensis Novembris Pont. Sanctissimi
in Christo Patris, & D. N. D. Gregorii divina providentia Papæ XIII.
Anno V. retroscriptæ literæ affixa,
lectæ, & publicatae fuerunt, & per aliiquid temporis spaciū disseminate in
Valvis S. Joannis Lateranensis, &
Principis Apostolorum de Urbe, ac
in acie Campi Floræ per nos Joannem Freyle, & Claudium Mongeat
eiusdem S. D. N. Papæ Curlores.

Antonius Ludoicus
Magister Cursorum.

Collegij soci. 18W Paderborn 1669

FINIS.